



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cursus Biennalis Studii Canonici, Sive Succincta Et
Methodica Sacrorum Canonum Explanatio**

Engelhard, Johann Martin

Moguntiae, 1700

Titulus XX. De Corpore vitiatis ordinandis vel non.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63255](#)

næ in officio publico constitutæ, tām diū ordinari prohibentur, donec post redditas rationes plenam muneris sui liberationem & absolutionem obtinuerint. *cap. un. b. t.* Ratio prohibitionis est infamia quam similes personæ ob malam administrationem incurrint, quæ in ecclesiam redundaret; & quod id facere præsumantur in fraudem; si enim ordinati sint, non potest contrā illos fieri plena debitorum executio; obstat enim privilegium competentiæ, vi cuius ordinatis congrua iustitatio relinqui debet. uti lib. 3. dicimus. Sunt enim quandoque nequiculi, qui non tām studio devotionis, quām declinandi fori sacerdotalis gratiā in fraudem suorum creditorum, veleorum quorum res administrant, ad sacros ordines anhelant, quos præsens titulus repellit.

TITULUS XX.

De

Corpore vitiatis ordinandis vel non.

QUÆRES 1. Quinām hoc titulo à sacrīs ordinibus arceantur? Resp. Illi, qui defectum sive vitium in corpore habent; in quo lex nova imitatur veterem, quæ ob levissimam maculam homines à miniterio altaris repellebat. *Levit. 22.*

QUÆRES 2. Quinam defectus corporalis exercitio aut susceptioni ordinum obstet? Resp. Ille solus, qui vel congiuu n ordinis exercitium, præfertim

serit celebrationem missæ impedit, vel notabilem deformitatem inducit. cap. 2. § fin. h.t. cap. Presbyterum de Cleric. egrat. Prioris generis defectus sunt abscissio brachii, manus, vel etiam duorum digitorum cum medietate palmæ; item carentia indicis vel pollicis, qui ad frangendam & elevandam S. Hostiam necessarij sunt, & digitii canonici vocantur; & carentia oculi sinistri. Posterioris generis vitia sunt, claudicatio, ita ut quis absque pede ligneo incedere non possit. Brachia tamen parva ut decenter elevare nequeat, macula in facie asperita horrida, sex digitis in unâ manu, duo capita & item carentia, narium, vel etiam aurium, nisi defensus iste capillis tegi possit; quorum omnium ratio hæc est, quod tales vitiati sine indecentiâ scandalo ministerium suum peragere nequeant.

QUÆRES. 3. An quodcumque vitium vel defectus in corpore impedimentum ponat ordinis? Resp. Negative, sed facienda est distinctio inter vicia cum vel sine culpâ contracta; vicia enim corporis occulta, si sine culpâ vitiati illata fuerint, suscipiendis non obstant ordinibus; hinc si quis in incunabilis secessus, aut eam injuriam ab hoste passus fuerit, ordinari poterit. cap. 3. 4. § 3. h.t. Si vero culpâ vitiati contracta sint, ab ordinibus removent, etiamsi exigua fuerint & occulta. Quâ de causâ ordinari nequeunt, qui mutilationem occultam in duello contraxerunt, vel seipso causâ retinenda vocis voluntariè castrarunt; Ratio est, quod non consideretur deformitas, sed injuria creatori illata, qui dum in corpus suum sœviunt, sese indignos sacrâ ordinibus efficiunt. cap. I. § 3. h.t.

OBJICIES. Sacerdos, qui virilia sibi facit am-

bilem
Pris.
is tan.
a digi.
n indi.
ndam
ci vo.
ris ge.
ue pa.
parva
aspe
ta &
i defe.
in ra.
iā ve.
t.
n vel.
rdini.
ter vi.
n cor.
erint,
uis in.
e pas.
i vero.
vent,
sā or.
am in.
henda.
d non.
illata,
os sa.
bi fa.
cit am.
cit am.

cit amputari, credens obsequium se præstare Deo, officium suum exercere potest. cap. significavit. 4. b.t. Ergò castratio voluntaria non ponit impedimentum ordini. Resp. Concesso anteced. Nego Consequent. Quia etiam talis incurrit irregularitatem vel totalem, si laicus fuerit, vel partialem, si fuerit, clericus. Quia Pontifex consultus respondit, quod talis castratus ad ministerium altaris admitti non debeat, possit autem alia officia sacerdotia ex exercere, v. gr. baptizare, pœnitentes absolvere, moribundos inungere, non verò missam celebrare. *Pirrb. b.t. num. 12.*

QVÆRES 4. Quis super tali irregularitate dispensare possit? Resp. Vel irregularitas provenit ex delicto, vel ex corporis defectu, eoque publico vel occulto. Si ex delicto publico, vel etiam defectu notabilem deformitatem induente orra fuerit, soli Pontifici est reservata dispensatio, ut docent Doctores communiter; Si verò ex delicto vel defectu occulto oriatur, Episcopus dispensabit *Pirrb. b.t. num. 15.*

OBJICES In capitulo significavit 4. b.t. Libertati & Judicio Episcopi relinquitur, ut is Sacerdotem se ipsum castrantem ad officium Sacerdotale admittat, ergò dispensatio super irregularitate competit Episcopo. Resp. Concesso anteced. distinguo consequens; ergò dispensatio super aliquā irregularitate relinquitur Episcopo concedo, super omni nego, vel dico Episcopum dispensare non auctoritate propriā, sed apostolicā sibi delegatā. *Cavarri, i. parte relect. clem. si furiosus de homicidio.*
in principio.

TITU: